

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum V.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

IN DIE S. STEPHANI PROTOMARTTRIS.

ORACULUM SACRUM V.

Genes. IV, 10.

TEXTUS EBRÆUS SACER.

וַיִּחַר יְהוָה אֶל-קַיִן מֵאֵת עֲשׂוֹת
קַיִן רֵמִי אֶחָיו וְעָקִים אֵלָיו מִן הָאֲדָמָה:

Versio vulgata.

Et dixit Dominus ad Cain: quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

Versio B. LUTHERI:

Der HERR sprach zu Cain: Was hastu gethan? Die Stimme deines Bruders-Bluth schreiet zu mir von der Erden.

N O T A.

1. Per vocem sanguinum heic non denotatur clamor familie posterorumq; quos adepturus fuisset Abel, sed sanguis ipsius effusus & à terra absorptus. Hinc non posterius Abelis, sed Abel ipse mortuus per fidem adhuc loqui dicitur ebr. XI, 4. contra chaldeum, hunc versum ita exponentem. Quid fecisti? Vox sanguinis generationum, quæ futura erant de fratre tuo succedere, clamat coram me de terra.

2. Lo-

IN DIE S. STEPHANI

2. Loquitur autem adhuc Abel, h. est, existit & vivit in conspectu scil. DEI glorioso. Vel adhuc loquitur, h. est, reale exhibet testimonium justitiæ divinæ contra sanguinem fratricidam. Nam voces verbales pro realibus ponuntur, ita ut dictum pro facto, & vocare seu appellare pro facere, vocari verò pro fieri seu esse sumantur. Hujus rei exempla vide apud B. Glassium lib. III. Phil. sacra tract. 3. can. 16. p. marg. 275. & seqq.

3. Ethî simplex est heterosis, quando DEUS in qvit: קול דמי אחיך vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, tamen in plurali numero magna latet emphasis. Nam eo 1. Notatur largâ effusione sanguinis homicidium hoc fuisse perpetratum, & Abelem non repentinâ, sed lenta morte obiisse. Hinc Mose utitur verbo קרב quod non simpliciter significat occidere, sed dissecare, distrahere, zerreißen und zerfleischen / quemadmodû hoc verbû surpatur II. Reg. VIII, 13. Et quum tum nondum, nec ferrum nec gladiû fuerint, facile conjicere possumus, quàm crudelis & lenta fuerit hæc mors, & quamdiu miserum illum hominem cruciarit. 2. Plurali numero indicatur, quod singulæ guttulæ sanguinis innocenter effusi, ad Deum q. clamaverint. 3. Pluralis di-

Et id

PROTOMARTTRIS.

tragicam facinora, poenam capitalem seu tragicam calamitatem in scriptura significat. Hinc David Pl. LL, 16. ita precatur: **הִצִּילֵנוּ מִיַּד יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מִיַּד יְהוָה אֱלֹהֵינוּ**

4. Quando Scholastici quatuor peccata numerant in cœlum clamantia, nempe homicidium, Sodomiam, oppressionem pauperum, & mercedis retentionem, hæc enumeratio **נא** **הִצִּילֵנוּ מִיַּד יְהוָה אֱלֹהֵינוּ** est intelligenda, alias est insufficientis. Nam clamor in scriptura generaliter refertur ad omnia peccata, cum quibus conjuncta est impœnitentia & malitia. Sic Esaias cap. V, 7. inquit: Expectavit DEUS (ut facerent) iudicium, & ecce, iniquitas (Pagnin. plaga lepræ) iustitiam, & ecce, clamor, h. e. peccant impudenter, & nemo est qui puniat, nullum in Magistratibus seu iudicibus remedium est, nihil reliquum est quam clamor. Vide B. Lutherum hac de re eleganter & nervosè differentem super Genes. cap. 18. Tom. 6. Wittebergensi.

5. Nulla est contradictio quando Abel occisus, & tamen adhuc loqui Ebr. XI, 4. imò sanguis ipsius h. l. clamare dicitur. Hæc enim non dicuntur **נא** **אֲדַרְבָּנָה** secundum eandem partem subjecti Occisus fuit Abel quoad corpus, vivit autem, imò adhuc loquitur in conspectu

E EID

IN DIE S. STEPHANI

DEI quoad animam, quæ non potest occidi. Matth. X, 29. *contra Anabaptistas & Photinianos, animarum immortalitatem negantes, quod* **בְּיַד אֱנוֹשִׁים** Gerbardus prolixè ostendit *Artic. de Morte §. 149.*

6. Quamvis Abel non *δοξασῶς*, sed *ὄντως* fuit mortuus, tamen adhuc coram DEO vivit, idq; non tantum quoad animam, quod modò demonstratum, sed etiam quoad corpus. Ideò DEUS non dicit: Spiritus, qui rediit ad me, clamat ad me. Nec dicit: anima tantum clamat ad me cum animabus iustorum: Usq; quo Domine non vindicas sanguinem meum. Apoc. VI, 10. sed adfirmat, ipsum SANGUINEM, eumq; non dum adhuc vivificaret corpus, sed quando absorptus est à terra, clamare. E. qui nobis mortui sunt, DEO vivunt, & in novissimo die propriâ carne resurgent. Quæ resurrectio quidem erit universalis, sed hoc discrimine, quod pii resurgent ad vitam singulari DEI beneficiò, impii verò ad pœnam, ex immutabili DEI iustitiâ, Dan XII, 2. opponendum hoc

I. EPICUREIS, quibus mors ultima linea rerum.

II. SOCINIANIS, & cum primis Ostorodo, qui in *Instit. cap. 41. p. 394. valdè iniquè* iudicat de articulo Symboli: *Credo resurrectionem carnis, quem sic interpretatur, non ipsam carnem resuscitatum*

PROTOMARTTRIS.

tatum iri, sed id, quod fuerit caro, simili sensu, quò Christus dixerit, meretrices & publicanos præcesuros Pharisæos in regno DEI, Matth. XXI, 31. Imò existimant Photiniani, pios quidem ad æternam vitam resuscitatum iri: impios autem, vel non suscitandos, vel suscitatos & à Christo judicatos iterum in nihilum redigendos, adeoq; ipsos etiam Diabolos æternum delendos & prorsus perdendos. Vide Socinum adversus Volanum, Smalcium de Divinit. Christi. Volckel. de relig. lib. 3. cap. 35, 36.

Sociniani succenturlantur.

1. Talmudici, de quibus Kimchi Ps. 104, 30. ita scribit: Plerumq; Talmadici statuunt.

כִּי תְהִיֶּה הַמֵּתִים לְצַדִּיקִים וְלֹא לְרָשָׁעִים

Quod revivificatio mortuorum justorum est, non autem improborum.

2. Arminiani vel Remonstranto-Reformati, quemadmodum semetipsos in Inscriptione Cartesiosæ suæ adpellitant. Sic enim Henricus Slatius in Aperta Test. f. 13. apertè suam edisseruit sententiam: *Veri fideles tantum resurrectionis participes erunt, NON IMPII, aut si qui resurgent, ii una cum impiis, qui in extremo superstitios erunt die aliquamdiu cruciabuntur, & tunc in nihilum redigentur.* Vide Episcopium in Respons. ad 64. qq. qvæst. LXII, p. 68.

E 2

7. Qvi-

IN DIE S. STEPHANI

7. Quidam Participium עָקִיץ ad substantivum prius referunt: Vox sanguinum fratris tui clamantes sunt ad me; h. e. clamans; Sed ad sanguines rectius illud refertur: Ecce vocem sanguinum fratris tui clamantium ad me: Conf. ebr. XII, 24.

8. Quia heic nobis sermo est de sanguine *Abelis*, clamante ad DEUM de terra; hunc in gratiam Scholasticæ juventutis pro coronide placeat adjicere notationem nominis Abel. Hoc autem non ab אֵבֶל luxit (quod sine aspiratione scribitur) sed ab הַבֵּל vanitate originem ducit suam, quod nomen Eva mater omnium viventium temporum lapsum in sequutorum miseram conditionem secum perpendens; filio secundo-genito dedit, contra *Iustinum*, qui, quamvis ipse εἰς θεοῦ & εἰς θεοῦ tamen ab omni circa propria nomina errore immunus plane non fuit. Hinc in Antiquitatis Judicæ historia lib. 1. c. 3. sic scribit: *Habel* הַבֵּל luctum significat.

SENTENTIÆ PATRUM.

*De sanguine Abelis clamante ad
DEUM de terra.*

Dicitur vox sanguinis ad DEUM clamare;
quia DEUS justos suos audit etiam mortuos;
quod

PROTOMARTYRIS.

quoniam DEO vivunt. Et merito pro viventibus habentur, quia etiamsi corporis gustaverint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, ac luce fruuntur æterna. Justorum ergo audit & sanguinem. Avertit se autem à precibus impiorum, quoniam etiamsi videantur vivere, miseres tamen sunt omnibus mortuis, carnem suam sicut tumulum circumferentes, cui infelicem infoderunt animam suam, *Ambrosius de Cain & Abel lib. 8. cap. 9.*

Martyrum sanguis voce corporis caret, sed indignitas necis eorum coram DEO clamor est, *Hilarius.*

Abel defunctus adhuc loquitur, & inter omnes animas interfectorum primus dat vocem; quæ & in cælo generationem Cain condemnat, & in terra sanctam electæ generationis Ecclesiam ædificat, *Rupertus.* Sanguis Abelis effusus, quid aliud quàm judicari se postulat, clamans non voce, sed ratione, *Augustinus T. 4. quæst. V. & N. T. quæst. 56. f. 744.*

So höret niemahl auff die Christen hinzurichten /
Denn der Gerechten Bluth vergethet ja mit nichten /

E 3

ES

IN DIE S. STEPHANI

Es rufft und schreyt zu G^ott / und
hält umb Rache an/
Wie mans an Abels Bluth gar klär-
lich sehen kan.

E. v. 37.

Mittis, Christe! Sophos, bonitatis surrigis alas.
Ergo suo merito turba profanaperit.

ORACULUM SACRUM VI.

Hosea. XIII, 9.

TEXTUS EBREUS SACER.

שְׁחַתָּה יִשְׂרָאֵל בִּי כִי בְעֹרֶךָ:

Versio vulgata.

Perditio tua, Israel: tantummodo
in me auxilium tuum.

B. LUTHERUS.

Israel du bringest dich in Unglück
denn dein Heyl stehet allein by mir

N O T A.

1. Mercerus, Occolampadius, Targum Rab-
bi Schelomo Jarchi, & alii non pauci existi-
mant שְׁחַתָּה si puncta Rabbinica non atten-
dantur, esse verbum Piel secundæ personæ
cum